

Catull. 63. 27. Simul haec comitibus Atys cecinit notha mulier; h. e. non vera mulier, sed vir exsectus. *Al. leg. nova.* *Lucret.* 5. 573. Lu-naque, sive notha fertur loca lumine lustrans, Sive etc.; h. e. non suo, sed alieno. Adde *Catull.* 54. 15. *Arnob.* 5. p. 182. Nothae atque adulterae lectiones. — ④) *Pedes nothi*, quinam in carmine fuerint, docet *Sergius in Donat.* art. pr. 12. p. 482. *Endl.* Inveniuntur in unoquoque metro pedes, qui dicuntur nothi idecirco, quod veluti appositi a dignitate metri degenerant. — ⑤) *Nomina notha* a Grammaticis dicuntur, quae utraque forma declinantur Latina et Graeca, teste *Pompeio, Grammat.* p. 111. *Lind.*

Nota. Dicimen inter *spurium* et *nothum* dedimus supra §. 1. Cf. *SPURUS.*

NÖTIA, ae, f. Vox Graeca, *vōtiz*, qua significatur gemma, quae cum imbris cadere dicitur: nempe a *Nota*, qui ventus est humidissimus, et maxime imbriser. Eadem dicitur et *ombria*, ab ὄμβρος; imber. *Plin.* 57. 65. 1. V. *OMBRIA*.

NÖTÄLIS, le. Adiect. a *Notus*; ad Notum pertinens, australis. *Avien.* *Arat.* 550. Troicus haurit aquas funditque ubi Ephebus ab urna Pone avidus, iacet in Notialis nubila pronus. V. *AQUARIUS* §. 9.

NÖTICJÄ. V. *NOTITIA* §. b.

NÖTIFÄCÄTUS, a, um. Particip. verbi *notifico*; monstratus, indiciatus; *reso nota*. *Auct. arm. de pulice* (edente Wernsdorff) inter *Poët. Lat. min.* T. 6. p. 585-587.) 24. res est notificata satis.

NÖTIFICO, as, āvi, ātum, āre. Verbū transitiv. a *notus* et *facio*, quod alterum vi compositionis est corruptum. — Particip. *notificatus*, v. suo loco. — Est notum facio, indico, monstrō; *far nota*, *notificare*. *Pompon.* apud *Non.* 2. 583. Nunc te obsecro, stirpem ut evolvas, meorumque genus notifices mihi. *Gell.* 9. 5. Philippi vim toti Graeciae eavendam, Demosthenis orationes notificant. *Al. leg.* vocificant. — *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 12. Atque modum culpae (*al. poenae*) notificare meae. Sed hic versus inerito a Criticis suspectus habetur, et *Ovidio* indignus.

NÖTIO, ūnis, f. Verbale a *noscō*; actus *noscendi*; il conoscere. *Plaut.* *Truc.* 2. 7. 62. Quid tibi hanc aditio est? quid tibi hanc notio est, inquam, Amicam meam? — Nota accusativum post se habere verbalium quandoque more. — ②) Item vis et facultas cognoscendi. *Cic. Nat. D.* 11. Aperta, simplexque mens, nulla re adiuneta, fugere intelligentiae nostrae vim et notionem videtur. — ③) Item vis et significatio. *Id.* 5. *Tusc.* 10. Neque alia huic verbo, cum beatum dicimus, subiecta notio est, nisi, secretis malis omnibus, cumulta honorum complexio. — ④) Item cognitio causae, quae sit a magistratu cum iurisdictione, et ipsa iurisdictione. *Tacit.* 5. *Ann.* 59. Tiberrus dilata notione de iure flaminis, decretas caeremonias temperavit. *Ulp. Dig.* 50. 16. 99. Notionem accipere debemus, et cognitionem, et iurisdictionem. *Id. ibid.* 42. 1. 5. Praetor ait: cuius de ea re iurisdictionem est; melius scripsisset: cuius de ea re notio est, etenim notio nomen etiam ad eos pertinet, qui iurisdictionem non habent, sed habent de quavis alia causa notionem. *Cic. Dom.* 15. Quae omnis notio, cum adoptarere, pontificum esse debuit. *Ulp. Dig.* 49. 1. 10. Si quis pluribus summis sit condemnatus, quarum singulæ notionem principis non faciunt, omnes autem coniunctae faciunt, poterit ad principem appellare. — ⑤) Speciatim.

II. *Nota* dicitur de iudicio et punitione censoria. *Cic. Sext.* 25. Ut censoria notio et gravissimum iudicium sanctissimi magistratus tolleretur. *Id.* 5. *Offic.* 51. Notiones, animadversionesque censoriae. *Id.* *Prov. cons.* 19. et *Pis.* 5. Censorium iudicium ac notio. *Liv.* 27. 25. Ad censores, non ad senatum notionem de eo pertinere dicentes. Adde *Gell.* 17. 18. Sunt qui his locis *notationem* substituant. — ⑥) Item, apud Philosophos,

III. *Nota* universim dicitur cognitione, notitia, intelligentia, species, quam in animo habemus ex concipiendis percipiendisque rebus; *idea*, *conceitto*, *cognizione*. *Cic. Top.* 7. Genus et formam desinunt hoc modo: Genus est notio ad plures differentias pertinens; Forma est notio, cuius differentia ad caput generis, et quasi fontem referri potest. Notionem appello, quod Graeci tum ἔννοια, tum πρόληψις dicunt. Ea est insita, et ante percepta cuiusque formae cognitione, enodationis indigens. *Id.* 1. *Tusc.* 24. Nec fieri posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas, et quasi consignatas in animis notiones, quas ἔννοιες vocant, haberemus, nisi animus, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisse. *Id.* 5. *Fin.* 6. Simil ac homo cepit intelligentiam, vel notionem potius, viditque, etc. *Id.* 1. *Nat. D.* 16. In omnium animis Deorum notionem impressit natura. Et 2. *ibid.* 5. In animis hominum informatas Deorum esse notiones. *Id.* 5. *Offic.* 20. Execute intelligentiam tuam, ut videas, quae sit in ea species, forma, et notio viri boni. *Id.* 5. *Tusc.* 59. Sine varietate colorum licet vivere beate, sine notione rerum non licet. Adde 5. *Fin.* 6. et 10.

NÖTION, *Graeca positione*, ii, n. Vox Graeca, *vōtiz* (apud *Diodorid.* in *Notis*, 4. 182.), qua significatur a quibusdam herba eadem, quae cucumis sylvaticus vel anguinus, teste *Apul. Herb.* 114.

NÖTITIÄ, ae, f. Abstractum a *notus*, quod est a *noscō*. — ①) In MSS. Codd. et aliquando in editis libris etiam *noticia* scribitur, ut *novicius pro novitus*. — ②) *Notitiae* antiquum pro *notitiae*. *Lucret.* 2. 425. Exemplare dare, et vestigia notitiae. — ③) Alia forma est *notities*, ēi, apud *Vitruv. prooem.* l. 6. a med. Ideo notities parum est assecuta. *Lucret.* 5. 1046. unde insita notities est Utilitatis? Adde *ibid.* 185.

NOTITIA proprie est cognitio, notio; *notizia*, *cognizione*. *Cic.* 1. *Leg.* 8. Itaque ex tot generibus nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. *Id.* 2. *Offic.* 24. a med. Valetudo conservatur notitia sui corporis. *Id.* 4. *Acad.* 10. Notitiae rerum, quas Graeci tum ἔννοια, tum πρόληψις vocant. *Id.* 5. *Fin.* 21. Natura ingenuit sine doctrina notitias parvas rerum maximarum. *Ovid.* 4. *Met.* 39. Notitiam, primosque gradus vicinia fecit. *Lucret.* 5. 425. Notitiam praebere. *Ovid.* 2. *Pont.* 10. 3. eripere. *Quintil.* 6. 4. 8. habere alicuius rei. *Cels.* 6. 6. n. 14. extr. Quippian notitiae subtrahere. *Quintil.* 4. 2. ante med. Instruere indicem notitia rerum. *Ovid.* de *nuce*, 29. Hoc in notitiam veniat maloque piroque. *Plin.* 7. 1. 7. Hoc venit mihi in notitiam. *Id.* 5. 9. 5. Tradere aliquid notitiae hominum. *Plin.* alter. 10. ep. 15. et 18. Perserere in notitiam alicuius; *far sapere*. *Vellei.* 2. 7. Res parum ad notitiam pertinens; *che poco importa il sapere*. — ④) Deinde, passive,

II. *Notitia* est fama, qua quis notus est apud alios. *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 47. *virtus* Notitiam serae posteritatis habet; h. e. noscitur a posteritate. *Id.* 5. *ibid.* 1. 49. Exposuit mea me populo fortuna videntum, Et plus notitiae, quam fuit ante, dedit; *mi se' più conoscere*. Et *Nep.* *Dion.* 9. Ili propter notitiam sunt intromissi; h. e. quia noti et familiares. *Senec.* ep. 19. Tanta notitia te invasit; *tanto sei tu conosciuto*. — ⑤) *Notitiam feminae habere*, est cum ea concubere. *Caes.* 6. B. G. 20. Intra annum vigesimum seminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus. V. *cognites* §. 3. et *cognosco* §. 2. — ⑥) *Speciatim*, sensu concreto,

III. *Notitia* in variis locis *Codicis Iustin.* ut 1. 27. 1. §. 4. et 12. 60. 10. etc. est libellus, in quo descripti sunt officiales, qui publice inserviunt, et ratio omnis administrationis eorum, et annonae, quae uniuersique ab imperatore praestatur, etc. Exemplum habes priore loc. cit. *Cod.* — ⑦) Hinc libri: *Notitia dignitatum et administrationum omnium tam civilium quam militarium in partibus Orientis et Occidentis*, itemque *Notitia Urbis* inscripti habentur, de quibus V. in *Indice Auctorum*, qui nostro huic *Lexico* praemittitur.

NÖTTIES, ei, f. V. *voc.* praeced. §. d.

NÖTUNCULÄ, ae, f. Deminut. a *notio*; parva notio; *notioncella*. *Gloss.* *Gr. Lat.* *Ἐπωνυξία*; notiuncula, significatio.

NÖTUS, a, um. Adiect. a *Notus*; ad Notum ventum pertinens, australis. *Manil.* 1. 456. Quae Notia antiqui dixerunt sidera vates. Et *ibid.* 427. Tum Notius pisces, venti de nomine dictus, Exsurgit de parte Noti. V. *piscis*. — ⑧) Graecorum aliqui, teste *Plin.* 5. 10. 4., Notium mare vocant, quod ali Tyrrhenum, et Latini Inferum. Sic Notius polus est australis, apud *Hygin.* 1. *Astron.* 5. et 6. et 4. *ibid.* 11. — Item notius axis; scilicet australis, apud *Cic. fragm.* p. 580. *Orelli*. — ⑨) *Notia gemma*. V. *NOTIA*.

NÖTIVUS, a, um. Adiect. verbale a *notus*, quod est a *noscō*; ad notitiam pertinens. *Not. Tir.* p. 79. Votum, votivus, notus, notivus.

NÖTO, as, āvi, ātum, āre. Verbū transitiv. a *nota*, quod V. §. a. — Particip. *notans* §. 7., *notandus* §. 7., *notatus*, v. suo loco. — Proprie est notam, signum appono, distinguo; *segnare*, *notare*, *marcare*, *bollare*. *Cic.* 4. *Verr.* 52. extr. Notare tabellam cera, aut sanguine. *Colum.* 8. 11. a med. ova atramento. *Pallad.* 5. 9. a med. lineam candidis signis. *Ovid.* 1. *Amor.* 7. 30. ungue genas. Et 5. *ibid.* 2. 11. equorum terga verbere. *Id. de nuce*, 155. fusco succo digitos. *Id.* 4. *Met.* 529. pueri rubor ora notavit. *Petron.* *Satyr.* 89. Reducta cu-spide uterum (*equi lignei*) notavit; h. e. feriendo signavit. *Martial.* 7. 18. corpus nulla litura notat; h. e. nulla ruga, aut maenla deformat. Sic *Ovid.* 5. *Art. am.* 783. cui rugis uterum Lucina notavit. — ⑩) De scribente. *Id.* 9. *Met.* 522. Incipit, et dubitat: scribit, damnaturque tabellas: Et notat, et delet. — ⑪) Et de iis qui compendiose, ac per notas scribunt; *scrivere in abbreviatura*, *o incifra*. *Quintil. prooem.* l. 1. ante med. Alterum, quantum notando consequi poterant boni iuvenes, temerario editionis honore vulgaverant. *Suet. Aug.* 63. Nepotes et litteras et notare aliqua rudimenta per se plerumque docuit. — ⑫) Est etiam videndo observante, animadvertere, videre; *osservare*, *notare*, *vedere*: idque non videndi causa solum, sed memoriae, et doctrinæ, et operis gratia. *Cic.* 5. *Orat.* 48. a med. Numerum in eadentibus guttis notare possimus, in annae praeccipitante non possumus. *Id.* 1. *Divin.* 42. *ad fin.* Arabes et Phryges, campos et montes peragrantes facilis cantus avium, et volatus notaverunt. Et 2. *ibid.* 45. Animadvertere et notare sidera. *Ovid.* 3. *Fast.* 108. Helicen Graia notat. *Petron.* *Satyr.* 6. Dum haec diligentius audio, non notavi mihi Ascyli fugam. *Virg.* 5. *Ecl.* 68. Parta meae Veneri sunt

Quae causae si manebunt, quaerenda erit excusatio: et, ut nunc est, mansuræ videntur; per quel che corre presentemente. — **12) Nunc nuper.** V. in *NUPER* §. 2. et 3. — **13) Speciatim**

II. Nunc nonnunquam vini habet particulas adversativaes, *at, sed, verum, nequitque orationem.* *Cic. 1. Divin.* 50. Quae quidem multo plura evenirent, si ad quietem integrum iremus: nunc onus cibo et vino perturbata et confusa cernimus. *Plaut. Bacch.* 5. 5. 8. absque te esset, ego illum habarem rectum ad ingenium bonum: Nunc propter te pravus factus est. *Cic. 7. Verr.* 67. Si haec nou ad cives R., si non ad homines, verum ad bestias conqueri vellem; tamen tanta rerum atrocitate commoverentur. Nunc vero cum loquar apud senatores populi R. etc. *Quintil. 1. 1. 5.* Nam bona facile mutantur in peius: nunc quando in bonum verteris vitia? — **14) Aliquando** etiam ponitur pro ergo, *igitur. Propriet.* 4. 9. 75. Nunc quoniam manus purgatum sanxerat orbem, etc. Et 2. 7. 75. Nunc quoniam ista tibi placuit sententia, cedam. *Broukus.* — *Pollio* apud *Cic. 10. Fam.* 52. Abi nunc, populi fidem implora. *Senec. ep. 101. n. 15.* Nega nunc magnum beneficium esse naturae, quod necesse est mori. *Horat. 2. Ep.* 2. 76. In nunc et versus tecum meditare canoros. *Virg. 1. Ecl.* 74. Insero nunc, Meliboeo, pyros, pone ordine vites. — **15) Item**

III. Nunc iungitur interdum cum verbis praeteriti et futuri temporis, et designat tempus, quod circa nos est; *in questo tempo, in questi di.* *Cic. 2. Att.* 24. a med. Nunc reus erat apud Grassum Divitem Vettius de vi. *Patron. Satyr.* 126. Nunc era a tenera submittre cornua fronte; h. e. nunc erat tempus; *Idem*. *Horat. plene 1. Od.* 57. 2. nunc Salaribus Ornare pulvinar Diorum Tempus erat dapibus, soadae. *Cic. Plane.* 25. Illud crimen de nummis caluit re recenti, nunc in causa refixit. *Plaut. Most.* 2. 2. 46. id adeo nos nunc factum invenerimus. *Ter. Eun. prol.* 9. Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit; *Idem*. *Catull. 8. 16.* Quis nunc te adibit? cui videheris bella? Quem nunc amabis? — *Horat. Art. P.* 49. Sed nunc non erat his locus; h. e. hic. — **16) Post** verbum praeteriti temporis aliquando Italice vertitur ut *tunc.* *Nep. Timol.* 3. Dixit, nunc demum se voti esse damnatum; *che allora* etc. — *Huc* spectant illa in quibus *nunc* pro *tunc* ponitur, tempus praeteritum, ut praesens, fingendo. *Ovid. Rem.* am. 775. Quid, Menela, doles? *Ita* sine coniuge Greten: Et poteras nupta lentus abesse tua. Ut Paris haec rapuit, nunc demum uxore carere Non potes. *Id. 1. Met.* 521. Faticamque Themis, quae nunc oraclia tenebat. Adde alia, quae concessit *Burmann.* ad 18. *Heroid.* 95., in quibus Librarios accusat, quod male tunc reposuerit. — **17) Absolute**

IV. Nunc substantivorum more adlibetur et copulatum cum *ipsum*, ut *nunc ipsum* sit hoc ipso tempore. *Cic. 7. Att.* 5. Quin nunc ipsum non dubitabo rem tantam abidere. Et 42. *ibid.* 40. Nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ii, qui mecum sint, difficilius otium ferant, quam ego laborem. *Adde 8. ibid.* 9. — **18) Hinc ex nunc** est ex hoc tempore, hic loci, in praesentiarum. *Ammian.* 21. 10. 2. Cuius loci situm ex nunc convenienter ostendam. — **19) Item usque ad nunc vel usque nunc** est usque; *sino a questo tempo.* *Oros. Commonit. ad Augustin.* 5. Hor pene usque ad nunc manet. *Id. 7. 2.* Alexandrinae postuae usque ad nunc . . . docent, etc. — *Patric. Confess.* 48. Qui idola et immunda usque nunc semper coluerunt, etc. — **20) Nunc usque vel, unica voce, nuncusque codem sensu usurpat** *Ammian.* 14. 2. 15. Ubi conduntur nuncusque comiteatus, distribui militibus omne latus Isauriae defendantibus assueti.

Nota. Qui plura de hac particula desiderat, audeat *Hand. Tursoll.* T. 4. p. 552-544.

NUNCINÉ vel *Nuncine.* V. voc. praeced. §. 2.

NUNCIÀ et *Nunlia.* V. *NENCIUS* §. 2.

NUNCIAM vel *Nunc iam.* V. *NENCIUS* §. 4., coll. *IAM* §. c. et §. 31.

NUNCIATÓ et *Nuntiató*, ūnis, f. Verbale a *nuncio*; actus nuntiationis; *annunziatio*, *relazione*; et sumitur in re augurali pro manifestacione eorum, quae augur viderit. *Cic. 2. Phil.* 52. Nos nuntiationem solum habemus: consules, et reliqui magistratus etiam spectacionem. Et 5. *ibid.* 5. extr. Cum eo collega, quem ipse fecit sua nuntiatione viuissimum. V. *SPECTIO.* — **21) Novi operis nuntiató** apud *Ulp. Dig.* 59. tit. 1. qui sic inscribitur *I. 5. 5. 8.* etc. est denuntiatio de novo opere, quod quis facere molitus vel in nostro solo, vel cum damno rerum nostrorum, aut publicarum, inhibendi causa. Cf. *NUNCIO* §. 7. — **22) Item delatio bonorum vacantium, caducorum, vel ex aliis causis in fiscum eadentium.** *Callistrat. Dig.* 49. 14. 1.

NUNCIATOR et *Nuntiator*, ūris, m. Verbale a *nuncio*; qui nunciat, delator; *annunziatore*, *dinunziatore*. *Ulp. Dig.* 59. 1. 20. in fin. Si aliquando stetit per nuntiatorem, quo minus satisfetur; h. e. qui novi operis nuntiationem fecit. *Paul. ibid.* 48. 16. 6. Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt. — *Arnob. 1. sub fin.* Apparuit Christus rei maximae nuntiator. Adde *Tertull. Car. Christ.* 7.

NUNCIATRIX et *Nuntiatrix*, ūcis, f. Verbale a *nuncio*; quae nunciat; *annunziatrice*. *Cassiod. 2. Variar.* 14. Cionia redeuntis anni nuntiatrix.

NUNCIATUS et *Nuntiatus* (et *Nontiatus*. V. *voc. seq. §. c.*), a, um. Particip. verbis *nuncio*, adiectivorum more etiam adhibitum; delatus; *annunziato*, *riferito*. *Caes. 2. B. G.* 29. Hac pugna nuntiata. Et *ibid.* 52. Re nuntiata ad suos. *Tacit. 1. Ann.* 52. Nuntiata ea Tiberium laetitia assecere. *Suet. Claud.* 57. Irrumpere Appius nuntiatus, arcessi statim, ac mori iussus est. *Plin. 12. 42. 1.* Alexandri classibus Arabia odore primum nuntiata in altum.

NUNCIO et *Nuntio*, as, āvi, ātum, āre. Verbū transitiv., quod a novum et cō ducunt, cui etymo favet *Varr. 6. LL.* 7. §. 58. « *Nuntius* est ab *nōvis* rebus nominatus, etc. » — **23) Speciatim** *Ad* scriptōnēm quod attinet, *Manut.* et *Dausq.* per cō scribi volunt, ita praefertibus Lapidibus aliquot: sed non desunt qui per t. et *Virgilii Carpensis* et antiquissimum horum *Cenolaph. Pisanius C. Caesaris*, quod orthographians aureas etatias demonstrat. Quare t. retinent *Noristius*, et *Cellar.* — **24) Veteres** *nouintios* pro *nuntios* scripsisse testatur *Mar. Victorin.* 1. 4. 28. — *Nontiatus* pro *nuntiatus* est in *Inscr.* in *Bullet. Archeol. Napol.* a. 1858. p. 19. — **25) Particip.** *nuncians* §. 1.. *nuntiatus*, V. suo loco, *nuntiatur* §. 1. — **26) Derivata**, *nuntiatio*, *nuntiator*, *nuntiatrice*, *nuncius*. — **27) Composita**, *annuncio*, *bellinuncia*, *benenuncio*, *connuncio*, *denuncio*, *enuncio*, *internuncia*, *internuncio*, *internuncius*, *obnuncio*, *pernuncio*, *pronuncio*, *renuncio*, *renuncius*. — **28) Deinde**

Nuncius, ii, n. Est res quae nunciat; *annunciatrix*, *apportatrix*, *messenger*. *Vet. Poëta* apud *Cic. 1. Leg.* 1. *Nuntia fulva lovis, miranda vis figura; h. e. aquila.* *Virg. 4. Aen.* 188. de *Fama*. Tam fieri prae-*te* tenax, quam nuntia veri. *Cic. 2. Orat.* 29. Historia nuntia vestitatis. *Ovid. 1. Art. am.* 457. Cera vadum tentet, rasis infusa tabellis. Cera tuae primum nuntia mentis eat. — **29) Deinde**

Nuncius, ii, n. Est res quae nunciat; *nuora*, *avviso*, *ambasciata*. *Varr. 6. LL.* 9. Ubi nocte in templum censura auspicatur, atque de caelo nuntium erit. *Al. leg.* nuntiatum. *Catull. 65. 73.* Gemini deorum ad aures nova nuntia referens. *Plaut. Merc.* 3. 2. 66. opta ergo ob istuc nuncium quidvis tibi. *Al. leg.* istuc. *Sedul. 2. 47.* saevumque tyrannum Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis. Addo *Luet.*, *Liv.*, *Tibull.*, *Apulei*, quorum loca afferunt Critici magni nominis, neutrum genus constanter defendentes. Contra alii non minoris subcelli negant nisi masculine usurpari: locaque allata vel ex MSS. vel ex conjectura mutant, aut aliter interpretantur. — **30) Hinc** saepius hoc sensu usurpatur

NENCIUS, ii, m. Res quae nunciat; *novella*, *nuova*, *avviso*, *ambasciata*; testante *Serv.* ad 6. *Aen.* 336. Qui nuntiat, genere tantum dicitur masculino: quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur apud *Catullum*, tamen inventur etiam masculino. Cf. *Fest.* apud *Paul. Dia.* p. 172. *Müll.* « *Nuncius* et res ipsa et persona dicitur. » — *Cic. Balb.* 28. Nolite, hunc illi acerbum nuncium velle perferre, ut etc. *Id. 5. Att.* 17. De Q. Fratre nuntii nobis tristes, nec variis venerantur. *Virg. 11. Aen.* 896. Interea Turnum in silvis saevissimum implet Nuntius, et iuveni ingentem fert Acca Iumentum. *Cic. Rose. Am.* 7. Exoptatum nuntium alieni afferre. *Id. 2. Fam.* 19. optatissimum accipere. *Ter. Heaut.* 5. 1. 18. apportare alicui. *Plaut. Stich.* 2. 2. 67. exoptabile nuntiare. *Cic. Ligur.* 5. perferre. *Liv.* 4. 41. ferre ad aliquem. *Id. 5. 6.* Pro tristi nuntio tristiorum domini referentes. *Apul.* 7. *Met.* init. Talem collegio suo nuntium fecit. — **31) Item** mandatum, iuissum; *intimazione*, *comando*. *Nep. Chabr.* 5. Athenienses diem certam Chabriae praestituerunt, quam ante . . . Hoc ille nuntio etc. *Cic. 12. Fam.* 24. Quos senatus ad denuntiandum bellum misserat, nisi legatorum nuntio paruisse. — **32) Nuntium uxori remittere** apud *Eund. 1. Orat.* 10. et 50. et 1. *Att.* 15. est uxorem dimittere, et cum ea divortium facere; *far divorzio*. Porro remittere pro simplici mittere hic ponitur: et ipsum mittere usurpat ab *Ulp. Dig.* 2. 4. et *ibid.* 5. 22. *circa die.* — **33) Item** de ea, qua quis alteri quid intelligimus ipsum divortii bellum, in quo perscribatur, *res tuas* 24. 2. 7. Si poenituit enim, qui bellum divortii tradendum dedit. — **34) Nuncupatio rotorum** est eorum concilia ademi nuncupatione. — **35) Nuncupatio rotorum** est eorum concilia ademi nuncupatione, nominant enim ea, quae in votis petimus. *Suet. Ner.* 36. Votorum nuncupatione, magna iam ordinari frequentia, vix remiserunt. — **36) Denique** etiam patrem nuntium sponspalium miserit. *Id. 24. 1. 52. a med.* Si sacer nurui nuntium miserit. — **37) Præterea** *nuntio* de persona, *Plaut. Stich.* 2. 1. 1. *Mercurius*, *lovis* qui nuntius perhibetur, nuntius aequi patri suo nuntium lepidum attulit, quam ego nunc meae herae mundiabo. *Cic. Quint.* 25. extr. O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios, seu potius *Pegasos* habet! *Id. 12. Fam.* 10. Nos de Dolabella quotidie que volumus, andimus, sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuntio. *Virg. 2. Aen.* 537. referes ergo haec, et nuntios ibis Pelidae genitor. *Cic. 13. Phl.* 7. ad fin. Litteris, nuntiis, cohortationibus omnes ad patriae praesidium excitare. *Caes. 1. B. G.* 26. Litteras et nuntios mittere ad aliquem. Et 4. *ibid.* 49. dimittere in omnes partes. *Cic. 11. Att.* 24. Facere aliquem certiore per nuntium, quid actu sit. *Paul. Dig.* 48. 1. 1. extr. Emptio et inter absentes contrahit potest, et per nuntium, et per litteras; per via di terza persona; per internum. — **38) Item nuncius usurpatur** hoc seus de feminis, *ut dux, auctor*. *Val. Flacc.* 2. 141. Ille Dea cum lacrimis, et nota veste Neare, ita genas: utinam non hie tibi nuntius essem, O soror. — **39) Porphyr.** ad illud *Horat. Art. P.* 179. *Liv.* 8. 11. Haec haud ab re duxi, verbis quoque ipsis, ut tradita nuncupata sunt, referre; *espresso e spiegata*. Loquitur de vetere formula, et lego se devoventis. *Cic. 1. Nat. D.* 15. Res utiles et salutares

aris. *Tibull.* 5. 4. 5. Divi vera monent, venturæ nuntia sortis Vera monent Tusci extra probata viris. *Al. ita distinguunt.* Divi vera monent venturæ nuntia sortis: Vera monent Tusci extra probata viris. *Lucret.* 6. 75. simulacula feruntur in montes hominum divinae nuntia formae (Addo 4. 703. et 1027. J. *Ovid. 16. Heroid.* 10. habes animi nuntia verba mei. — *Seru.* ad 11. *Aen.* 896. « *Nuncius* est, qui nunciat, nuncium quod nunciat. » Cf. infra §. 4. init. — **40) Frequenter, substantivorum more,**

NUNCIA, ae, f. Est quae nunciat; *annunciatrix*, *apportatrix*, *messenger*. *Vet. Poëta* apud *Cic. 1. Leg.* 1. *Nuntia fulva lovis, miranda vis figura; h. e. aquila.* *Virg. 4. Aen.* 188. de *Fama*. Tam fieri prae-*te* tenax, quam nuntia veri. *Cic. 2. Orat.* 29. Historia nuntia vestitatis. *Ovid. 1. Art. am.* 457. Cera vadum tentet, rasis infusa tabellis. Cera tuae primum nuntia mentis eat. — **41) Deinde**

Nuncius, ii, n. Est res quae nunciat; *nuora*, *avviso*, *ambasciata*. *Varr. 6. LL.* 9. Ubi nocte in templum censura auspicatur, atque de caelo nuntium erit. *Al. leg.* nuntiatum. *Catull. 65. 73.* Gemini deorum ad aures nova nuntia referens. *Plaut. Merc.* 3. 2. 66. opta ergo ob istuc nuncium quidvis tibi. *Al. leg.* istuc. *Sedul. 2. 47.* saevumque tyrannum Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis. Addo *Luet.*, *Liv.*, *Tibull.*, *Apulei*, quorum loca afferunt Critici magni nominis, neutrum genus constanter defendentes. Contra alii non minoris subcelli negant nisi masculine usurpari: locaque allata vel ex MSS. vel ex conjectura mutant, aut aliter interpretantur. — **42) Deinde**

NUNCUPĀMENTUM, i, n. Verbale a *nuncupo*; nominativum; nominatamente. *Sidon.* 9. ep. 10. in *carm.* Singulos, quos nunc pia nuncupat. Non valent versus cohære verba. Adde *Claud. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 9. sub fin.

NUNCUPĀTŌ, ūnis, f. Verbale a *nuncupo*; actus nominandi, appellatio; *nominā*. *Apul. 2. Dogm.* *Plat.* Ille iustitiam modo nominat, modo universa virtutis nuncupatione complectitur, et item fidelitatis vocabulo nuncupat. *Id. de Mondo.* Nomen Dei regum nuncupatione praedicari; h. e. appellando cum regem. *Auson. Gratiar.* Act. p. 287. *Bip.* Cum clarissimo viro collega meo honore coniunctus. *Nuncupatio* praeclarus, consul ego, etc. — **43) Speciatim** dicitur de ea, qua quis aliquem in testamento nominat heredem faciens. *Suet. Cal.* 58. Quo metu injecto, cum iam et ab ignotis inter familiares, et a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, derisores vocabat, quod post nuncupationem vivere perseverarent. *Ulp. tit.* 20. *Regular.* §. 9. Nuncupatur testamentum in hunc modum: Tabulas testamenti testator tenens ita dicit: haec, ut in his tabulis cerise scripta diem certam Chabriae praestituerunt, quam ante . . . Hoc ille nuntio etc. *Cic. 12. Fam.* 24. Quos senatus ad denuntiandum bellum misserat, nisi legatorum nuntio paruisse. — **44) Nuntium uxori remittere** apud *Catull. 2. Inst.* §. 104. (edente iterum *Goeschenio*) ubi tamen testimonium mihi perhibet rectius pro testimonium præbitote legit